



**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

16 Quando præscriptio dicatur non procedere, dormire, interrumpi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

*Nullo modo prescribuntur.*

sammo fieri, aut concedi solet, ut ea quæ sunt meti & mixti imperij. Vide supra Dub. 10. & 12.

Nullo autem modo præscribi possunt, Primo, exemptio ab obedientia Superioris, & alia, de quibus Dub. 12. Secundo, res vobis publicis deputatae; ut forum, via publica, pons: nec in totum, nec in partem præscribi possunt. Tertio, Ius decimarum percipiendarum à laico. Et quidem si de ipso primæo & fundamentali iure loquamur; nullo modo à laico præscribi potest, quia est spiritalis, fundatum in ministerio sacro. Si autem de aliquo iure, quod ab illo primæo sit derivatum, ut est ius feudale, quo olim, nimis ante Concilium Lateranense sub Alexandro III. circa annum Domini 1179. celebratum, laicus interdum decima solent concedi; dubium est, an hoc Ius aliqua ratione post illud Concilium possit præscribi. Couarru. lib. 1. variarum cap. 17. num. 5. negat quia, inquit, non solum ius commune illis restitutum, & male fidei præsumpto, sed etiam facti sunt incapaces per illius Concilij decretum; quod habetur cap. Quatuor. 17. & cap. Prohibitus. 19. de decimis. quando autem est incapacitas, non habet locum præscriptio. Nihilominus, si cuius maiores à tempore cuius initij non extet memoria, tale ius possedunt, præsumerentur habuisse ante Concilium, nec opus esset alia tituli probatione, ut pluri Doctores, quos ipse Couarru. citat & sequitur, docent. Quartò, Limites Prouinciarum, Episcopatuum, & parœciarum: quod intellige, si de his constet; si autem non constet, præscribi possunt. Quinto, Res indiuia communis pluribus, nullo tempore ab aliquo illorum præscribi potest, quia illi nomina aliorum possident. Colligitur L. Si communem. 10. 7. Quemadmodum servitus amittatur. Vide plura apud Siluest. Præscriptio secundum.

## DVBITATIO XVI.

Quando præscriptio dicatur non procedere, dormire, interrupsi.

*Non procedit ob 4 causas.*

49 R Espondeo & Dico Primo, Præscriptio dicitur non procedere, quando ob aliquam causam non incipit, vel non potest incipere. Ita Couarr. reg. Posseſſ. §. 12. Hoc fit potissimum ob 4. causas. Primò, si deficit possessio ciuilis. Secundò, si deficit titulus, non potest incipere præscriptio triennalis, decennalis, aut vicennialis: potest tamen tricennialis; ut dictum est Dubiat. 8. Tertiò, si deficit bona fides. Quartò, si res non possit alienari, lege resistente; ut dictum est de fundo tali, de bonis aduentitis filiis familiæ, de legato, fideicommissio, maioratu.

Dormire dicitur.

Dico Secundò, Præscriptio dicitur dormire, quando iam inchoata aliquanto tempore cessat, ita tamè, ut illo exacto, rursus vim habeat, & continuetur cum tempore priore. Sic dicitur dormire Primo, tempore belli, quando ius non dicitur, vel homines diffugiunt in aliud territorium. Similiter tempore pestis. Secundò, quando Ecclesia caret Rectore, cessat contra Ecclesiam. Tertiò, quando is contra quem præscribitur non potest agere; ut est filius familiæ, pupillus durante ætate pupillari, (nempe vobis ad annum 14. exactum

in mare; in femina vobis ad 12. exactum, ) vxor viuente marito. Vide Siluest. Præscriptio 1. numero 9.

Dico Tertiò, Præscriptio dicitur interrupsi. *Dicitur in-* quando inchoata ita cessat, ut si rursus reuiuiscat, *terrupsi.* non continetur cum tempore priore; sed de novo debeat inchoari.

Hæc interrupsi generatim fit duplice: primo, *Interrupsi* naturaliter. secundo, ciuititer. *Naturaliter inter-* rumpitur, quando incipit aliquid deesse, quod est necessarium ad naturam præscriptionis; ut posses-*sis*, vel bona fides. *Ciuititer interrupsi*, quando per aliquem actum iuridicum interpellatur; ut, per litis contestationem, vel citationem: ut doceat Couarru. §. 12. ex Panorm. & alijs. *Triennalis* vobis capio non interrupsi litis contestatione. Si tamen is, qui volebat ita vobis capere, condemnatur, debet rem restituere: si non condemnatur, maneatque in bona fide, expleto triennio illam poterit retinere. *Decennalis* tamen, *vicennialis* & *tri-* cennialis interrupsi, litis contestatione facta coram Iudice competente. Si tamen actor succubuerit in lite, vel si item sponte deseruerit, non interrupsi. Similiter si animo tantum interrupsi præscriptionem, item mouerit. His addo, præscriptionem contra actionem fisci interrupsi sola citatione. De his plura apud Couar. & Siluest. sed parum vtilia Thologo.

## DVBITATIO XVII.

Vtrum qui legitimè præscriptis rem aliquam, si termino præscriptionis elapsa, constet fusse alienam, teneatur eam restituere.

M Vlti existimant, talem teneri ad restitu-  
50  
tionem, nisi intercesserit negligentia domini  
in re sua inquirenda: ita Adrian. in 4. q. 2. de Præ-  
script. p. 166. Ioannes Med. C. de Reſtit. q. 8. eius-  
dem sent. videtur Scotus in 4. d. 15. q. 2. §. De fe-  
condo, nam eodem fundamento nititur: & Gabr.  
ibid. q. 14. a. 1. in fine, & alij nonnulli: fundamen-  
tum huius sententiae est, Quod leges præscriptio-  
nis videantur solum vel potissimum institutæ in  
pœnam negligentia domini: vbi ergo negligentia  
non interuenierit, ibi locum non habere. quare is  
qui vobiscepit, vel præscriptis, ad restitucionem ob-  
structus erit, vbi constiterit nullam negligentiam  
intercessisse. Sed contrarium est verius.

Vnde Dico Primo, non solum quando domini prioris intercesserit negligentia, sed etiam quando constat nullam intercessione, res legitimè præscripti-  
*Præscriptio* transirent in dominium noui possessoris, ita ut  
*transfere* dominium,  
non tenetur eas restituere, nisi prior dominus per  
*est abſit* negligen-  
tia.

Probatur; quia L. 3. 7. De vobiscaptionibus, de-  
finitur vobiscapio esse dominij acquisitione per con-  
tinuationem temporis lege definiti: ergo transacto illo  
tempore, non tenetur is, qui vobiscepit, ad restitu-  
tionem, cum dominium acquisierit. Secundò, Le-  
ges præscriptionis numquam meminerunt, eam  
statu in pœnam negligentia dominorum: sed ob  
bonum